ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 27r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



consensum bonorum. Sic et loquendi consuetudinem eruditorum appellare et imitari consuetudinem oportebit/ Succinte tibi et admodum breviter qui sint fontes prime partis grammatice non exprimimus Sed indicavimus quibus potere tu te poterunt debebunt quoque preceptores/ pistiani et aliorum qui signate locuti sunt libros aperientes Nos interea sede partes intencio que sit in medium afferamus

Quod nullus recte loquendi peritiam habet nisi poetas historicos et oratores legit

Quoniam athenate sunt inter se discipline. nec una quisque adipisci potest nisi lumen alterius consequatur/ Quis enim recte loquendi peritiam habet nisi poetas iuverit historicos et oratores legerit quid iucundius est quod iucunditatis quid auctoritatis ac consuetudinis in grammatica unde nisi ab illis sumit/ Vult ergo sedula iuventus disciplinae particula non solum preclaros auctores legi atque intelligi sed omne scriptorum qui desertati sunt et probati disputati genus. Non propter historias modo verum etiam propter verba que frequenter vim ab auctoribus sumunt Ideo conducibile et necessarium est ut ad colligendos dispiciendos tibique declarandos/ preceptores tui non parum diligentes sint Veteres instituerunt. ut ab homero atque Virgilio lecto inoperet/ quatenus ad intelligendum eorum mutuo opus esset firmior iudicio. sed huic rei superest tempus. Neque enim semel legent/ Interea iuco et subtilitate heroici carminis animus puerilis assurgit/ et exmagnitudine rerum spiritus ducet/ et optimis imbuetur